qui in bonis quae facit non retributionem inte-
rius sed exterius fauorem quaerit.
Glorietur autem frater humilis in exaltatione sua.
In deo inquit omne gaudium uos existimare
oportet cum in temptationes uarias inciderin-
tis. Quia omnis qui aduersa humiliter pro domino suf-
fert sublimitatem ab illo regni primam percipiet.
Diues autem in humilitate sua. subaudis a su-
periori uersu glorietur. quod per irrisionem
quae graece hironia uocatur dictum esse constat.
Quoniam sicut flos foeni transibit. Flos foeni et
odoratu delectat et uisu. sed citissime gra-
tiam superuentu flatus et suauitatis amittit.
In deo quibus huic rectissime praesens impiorum feli-
citas assimulatur. quae diuturna esse nulla rati-
one ualet. Exortus est enim sol cum ardore. Ardore

License: CC-BY-NC – St. Gallen, Stiftsbibliothek, Cod. Sang. 262, p. p.%2010 – Beda in epistolas canonicas
(http://www.e-codices.ch/en/csg/0262/p.%2010)